, cum

re, & Corpus

ns, cum

Evang.


In Epist. Epiph.

com.

seque.

com.

27 Sabb.




[redacted]

10 / 15 c. / 15 -
10
50
50

Ausgenommen
und nicht fortt-
gehalten

E. XVI. 23



TROPHÆUM IN FERETRO,

ILLUSTRIS olim & GENEROSI DOMINI,

JOSEPHI NIELEPIEC,

in Regno, Candidi Civis,
in militia, Hastati Equitis,
ubiq; meritissimi Viri,
in Ecclesia Patrum Minorum,
strictioris Observantiæ Reformatorum
IN KĘTY,
dolentibus Magnorum Hospitum pectoribus
tumulati,

PER

M. JOANNEM ŁOPUSZYNSKI,
Philosophiæ Doctorem & Professorem,
posthumæ memoriæ,
stylô elogiasticô

INCISUM.

Annô à Nativitate Triumphantis in Cruce DEI Hominis,
1710. Die Mensis

CRACOVIÆ,
Typis UNIVERSITATIS.

Mihi absit gloriari nisi in CRUCE.
ad Galat: 6.

Fide CRUCI: tota hoc pendet victoria signo.
Hinc Erebi clades, hinc animæq; salus.
Finettus: dist: 87.

Hunc decet omnis honos, nexæ pro Cæsare
laurus, atq; trophæa decent.
Neotericus.

TROPHÆUM
IN FERETRO.

ATtolle monumenta Orbis!
Et fatis ſua fata ſunt.
Sæpe victrix Lacheſis proſtratis porrigit herbam,
cùm ceſpitem pro tumulo fodit.
Et pudet jacti Libithinam ſpolij;
ubi novas poſt obitum generoſum pectus legit exuvias.
Scilicet geſtata in feretro mortalium pectora,
geſtiunt dignîs, merita attolli trophæîs.
Aſſurgunt ipſa labentibus fata.
Nec ita amant magnas ſuccumbere mentes,
quin gravi è gleba eluctentur.
Malè aliàs è communi vita decederent mortales;
ſi debitos gloriæ cederent Obeliſcos.
Etenim mortualis cinis arena quædam eſt;
in qua duraturæ famæ eriguntur trophæa.
Nôrunt & Libithinæ falces eos circumdolare Coloſſos;
quibus & virorum facies, & icones meritorum appendant.
Ipſum ſepulchri marmor
ſolidis perennitatis Columnis pro fundamento ſubſternitur.
Fatalibus cupreſſis victorioſa ſuperbiat Clotho;
etiam hæ ſtrenuis cedunt in monumenta Hectoribus.
Nempe erigit Lethum & extra Gades Coloſſos;
ut ſuccumbenti Alcidi emeritum inſcribat,
Non plus ultra.
Ne toti pereant infracti Achilles,
poſthumæ ſua Nomina inſculpunt memoriæ.
Æmula mors cataphracto Marti,
cùm tollit è vivis mortales, attollit;
cùm cædit, Palmas excidit.
Ponit illis ſtatuas,
quibus, Gradivus ſtationes deſcripſerat.
Attolle criſtas Viator!
Contritum in cineres Magnum Lechiæ Civem,

positum in feretro Succolatorem Herculem.
Illustrem olim & Generosum,
IOSEPHUM NIELEPIEC,
in majus crevisse, in tumulo eminere spectabis.
Magnus ille vel in cinere Majorum;
quorum athomi per gloriæ Olympum Nomen ferunt.
Non nocet enim claritati umbra, pretioso pulvis obryzo.
Colossus etiam in puteo altus est.
Ita NIELEPCIA diminui non potest magnitudo;
utpote solo sepulchrali, attrita marmore.
Imo Phænicem dicas Domus hujus gloriam,
quoad Cinis NIELEPCIORUM supersit renascituram.
Soluti Majores in pulverem?
dubites, an non magis in meritorum semina?
è quibus pares prodeant Posteri.
Virtutum vigorem adhuc cinis ille sugit.
Nec in eo solæ scintillæ gloriæ gliscunt:
etiam triumphales foventur ignes;
ne lateant monumenta sub lapide.
Quàm fæcunda sit laudis PRUSORUM materies?
ex ejusmodi pulvere disce.
Plures hic rectefactorum acervos ferax legit Polonia;
ut tumulus NIELEPCIORUM campus trophæorum sit.
Cùm enim in primo PETRO NIELEPIEC
heroicam animi solidarent fortitudinem;
nullus Posterorum non inconcussus silex dici potuit.
Profluxit ex hac Petra fons Nominis,
& vastus Sanguinis Illustrissimi Rubicon derivatus in PRUSOS,
ut suas possent nancisci Gades.
Ita præcelsis Croaciæ jugis prima posuere trophæa.
Illis montibus tam magnæ mentes eminuere.
Sic Phæbus in ipso ortu altos percurrit Cælos.
Magna flumina à tenuibus rivis non sitiunt nomen.
Ergo ultra Dalmatiæ limites, ampliârunt merita;
ut eorum magnitudinem æquare non audeas, nisi æquori.
Solus enim amplitudini terminum posuit Adria;
id est, ad ortum non creverant ultra Clavas.
Ducalis PRUSIS commissus Honor.
Dubi-

Dubites, magìs Duces fecerit, an milites?
cùm & Ducis obiret munia PETRVS, & militis.
Scivit enim rotare ensem, & regere clavam,
jussa subire, & imperare.
Acrior legum Patriarum Defensor,
nescias, magis Stator Croaciæ fuerit, an Tonans?
æquè namq; stetit pro indemnitate, ac detonuit.
Premi Patriam onere militari non passus,
belli molem suis humeris incumbentem suscepit.
Quasi satiùs foret, suo milite enervari Patriam,
quàm nervum belli extorqueri ab exteris.
Accessit PETRO majus pretium, quod æra non dederit.
Et potuit dici non tam Petra, quàm Adamas.
Erat tamen Pannoniæ Regum offensionis lapis;
sed ne Petra scandali in Patria foret.
Putâsses tunc Numina certâsse
Regem cum Duce,
uno fulmina, altero ensem vibrante.
Neuter in pugnando succubuit,
donec PETRVS in superstite victuras IOANNE occumberet.
Heres ille ex asse Patris,
vestigia heroicæ fortitudinis non excessit.
Clavâ ornatus, ut adornaret Croaciam.
Nemo enim tempestate illâ meliùs ad clavum sedisset.
Detonuit tunc mite IOANNIS Nomen,
exuit se gratijs, ne parceret hosti.
Voce clamantis alibi, hîc Martialibus tubis clàrius.
Audiebatur tamen & Vox IOANNES;
si ad famæ, & Gradivi classica aurem erigas.
Certatum abutrinq; strenuè;
ut Regijs Sceptris, gravis Clava foret.
Sic Ille Mars Serenissimo Pannonum Planetæ restitit;
non ut serenitatem Majestatis extingueret,
sed gloriam Croaciæ illustraret.
Adeo Duces olim NIELEPCII, titulô,
Antesignani domi forisq; virtute.
Si eos vetus pro Civibus habuisset Roma,
Scipiones diceret;
Si Græcia intra suos limites complecteretur,

Epaminondas afferere.
Iulium voces, LVDOVICVM Hungariæ Regem;
IOANNEM NIELEPIEC agnofces Pompeium.
Habuit & hic Cæfar Magnum,
qui decrevit pro Patria.
Extenuavit enim fortuna titulos, quos meruit virtus.
Extrufit Clavam è manibus, non animum.
Semper namq; generofi pectore,
manibus cordati patuere NIELEPCII.
Probârunt fuis etiam dextris ineffe corda.
Poftquàm verò plenos victricibus palmis explicâffent palmos,
tandem fato herbam porrexere.
Suffecerat fatis ad gloriam,
elapfas trophæis olim appendiffe Clavas.
Interim magis Lechicus arrıferat mucro;
ut novæ fortunæ militâffent.
Scivere in feraci Poloniæ Campo,
pôffe iterum palmares corymbos effrondefcere.
Præmifere virtutum culturam, Regum obfequia;
ne fterilefceret fæcundum elogij Nomen.
Imo feduli reftaurandæ felicitatis Fabri,
Deam hanc ferri ftylô fculpfere.
E rupe eam excidiffe vifus eft PETRVS NIELEPIEC,
cùm callum obduxiffe debuerit ad adverfa.
Nec mollem illum in caftris belli tenuit fortuna,
quia PETRUM.
Melior multò cecidit fors in MATHIAM NIELEPIEC,
cujus virtutum comitatus principem dedit famam.
Summa Viro in exequendo res, dexteritas,
erga Majeftatem candor, & fidelitas,
circa publica cura, & privata folicitudo.
Actum nunquam egit in agendo.
IACOBVS NIELEPIEC pene Filius tonitrui,
fub Aquila Polona, pene Aquila fuit.
Si Lechicus fulminaret Tonans,
hunc Miniftrum fulminis adfciviffet.
Non minorum favorum IOANNES NIELEPIEC,
æquè demereri affectus peritiffimus,
atq; de omnium calculo meritiffimus.

Quos

Quos duxit dies, virtutibus menſus eſt.
ADAMVS NIELEPIEC domi Curius,
evidens documentum dedit;
inter domeſticos Penates fortunam quoq; adorari poſſe.
Traxit ejus rotas intra ſua limina,
& ſine vitioſo circulo rotari fecit.
Collegit enim uberes ſpicas grani, & gloriæ;
ut in patente virtutum Campo,
cum trophæis Domeſticis ſuas etiam computaret ariſtas.
Scilicet emeritæ non jejunus famæ,
Majorum palmis, & ſua meſſe horea impleverat.
Docuit etiam Cereri devotum eſſe ſuum Nomen;
ne tantùm de Marte vel Pallade mererentur NIELEPCII.
Habuit in votis colenda hæc Numina eſſe,
à Magnis Filiorum Nominibus,
ANDREA, STANISLAO, PHILIPPO.
Nec facilè efferas:
an ſinguli ſingulis, an omnes tribus militâſſent Dijs?
Innatus amor germanos fecit certare Fratres,
in quem magìs ejusmodi Numina propendiſſent?
Horum favoribus ANDREAS adjecit ſibi & gratiam;
JOANNI III. Poloniarum Regi addictiſſimus.
Regiæ menſæ commiſſam nactus OEconomiam,
ad guſtum pene Regium fuit.
Sapijt Ille ejusmodi Monarchæ,
cùm æra pro dapibus providiſſet.
Felix es magne felicitatis Tuæ Parens!
quòd tantam Tibi ad Majeſtatem pepereris fortunam;
felicior multò, quòd IOSEPHVM genueris.
Vives in Filio Pater, etiam cùm non vivet.
Communicâſti ſibi Nomen NIELEPCIVM & gloriam.
Ille auctis virtutibus, perennius poſteritati transmiſit.
Fabricatam meritis liquiſti CRVCEM,
Ille immortalia reliquit Trophæa.
Struxit enim monumenta famæ cum primis cunabulis,
futurus vel ex CRVCE Mercurius;
juventæ florem pro corona trophæis poſiturus.
Apta manus calamo, apta ferro,
delineavit literarum ſtylô, quod chalybis acie exciſura erat.

Altera pennas, altera volvebat mucrones;
ut doctæ & armatæ Palladis studiosum præsagiret.
Contendisse secum à lacte videbantur indicia:
magisne in literis, an in bello?
sepiæ, vel fundendo cruori destinaretur?
Utrumq; futurus,
& in Lyceis eruditus, & militiæ fortis.
A limine Craciarum Musarum Studiorum orsurus exercitia,
SAMVELEM IOSEPHVS, PODGORSCIVM NIELEPIEC,
Doctorem Ductoremq, adsciverat.
Dignus alter regere, alter regi,
Vterq; de Vtroq; meruit.
Reciprocus tunc erat Vterq; sui Executor:
Hic præsens, Ille futurus,
Regulæ Professoralis Discipulus,
olim Discipuli, ultimarum Tabularum, Professor.
Sub hac ferula crevit IOSEPHVS ingeniô,
docuitq; exemplô: *Ioves opus esse,*
ut Mercurij nascantur vel Apollines:
Formandis Pumilionibus, Pigmæos sufficere.
Addidit ad disciplinam stimulos ingenij acumen;
ut devotus gloriæ Gentilitiæ CRVCIS,
majori in literis studeret pietati.
Dixisses tunc sub NIELEPCIANO Insigni,
dulcioris eloquij propinari ambrosiam.
Vix tunc melleus, in fundendo verba, saperet Plato.
Ne quando in facie Orbis dicere contremisceret;
inter erudita capita Academici Senatûs
primas erigebat Cathedras.
Quis foret in Regno Pericles?
docuit in florentissima Eliæ Provincia.
In Cracoviensibus Arenis probavit se, & in quovis campo
fore Tullium.
Divinissimum ANDREAM CORSINUM Motricem Intelligentiã dixit.
Sanctum supra homines extulit, se supra Oratores.
Coluit solutam bene dicendi Facultatem,
optimè vivendi regulas & didicit & servavit.
Vsus frequenti, verborum cum virtute translatione;
ut ipsas pene loqueretur virtutes, vel de virtute.
Opti-

Optimus hoc in passu Tullius,
quòd vel maximè in Aulam virtutes transtulerit.
Quidquid in illa egit, omnia teste Cælo egisse visus est;
quia in facie Serenissimi Solis,
JOANNIS III. Poloniarum Regis.
Exploravit illa serenitas indolem NIELEPCII,
& probavit Aquilam luci publicæ natam.
Nisi brevi ipsamet ecclypsaretur Majestas;
semper irretortam PRVSI provocaret palpebram.
Vixisses utinam coronate Princeps!
Præmiares IOSEPHI merita, nisi recusaret:
Conspirares in coronandas virtutes, nisi refugeret.
Magis enim ratus exemplô morum eminere, quàm fascibus.
Nempe tenere excelsa & vecors potest:
Generosè illa contemnere, nisi magnæ indolis capax.
Ingenti animo esse licet absq; ingentibus fastigiis.
Etiam hic erat NIELEPCIO honor, honores potuisse effugere;
ne coruscantibus titulis virtutem extingueret.
Habet sui pretium etiam intra concham unio.
Sæpe quoq; eminet, quod in alto situm non est.
Magni Nominis claritas sine illustribus affulget honoribus.
Conspirabant tamen in Illum Zatorien: Comitiorum vota;
quæ ut firmiùs consulerent statui,
è NIELEPCIA CRUCE
Mareschalcalem Scipionem fabricandum esse censuere.
Nec meliùs quispiam hæc munia Patriæ obivisset,
IOSEPHO bonip: & gloriæ augmenta promovente.
In Martis Cælo suam videri magis ambiit CRVCEM.
Hoc Orbe non tam rotam fortunæ traxit,
quàm sanguinei cruoris sitiebat influxum.
Erudiit Barbariem PRVSO deberi adorationem,
Scythas lunare arcus in venerationem,
& CRVCI Trophæorum loco appendisse.
Ne solus Boristhenes victricibus superbiret columnis;
victis ad Istrum Gethis liquit NIEŁEPIEC trophæa.
Hæc erant prima belli conamina,
sub felicissimis AVGVSTI II. auspiciis,
IABŁONOVII Ducis regimine.
Si aurem exporrigas,

C majora

majora canit suo cornu Calissii Tubicen.
Dedit ille signa internecionis Leoni,
Victoriæ Aquilis, ubi PRVSVS aderat.
Nega jam impia Heresis invocari debere CRVCEM!
à qua provocata interire debûeras.
Nec belli tantùm Hector NIELEPCIVS, etiam domi Curius
ubiq; manum Achillis curavit, non hastam,
Hâc dexterâ tam sanguinem fudit, quàm beneficia.
Quàm bene strinxit ferrum, tam bene aurum erogavit.
Magis assvetus gravitati chalybis, quàm ponderibus argenti.
Cùm tamen & obryzum libraret,
non inventus est minùs habens.
Sæpiùs fortunæ Dispensator, quàm Heres,
larga manu beneficia obtulit, ut haberet.
Faciliùs enim exsiccantur cisternæ, quæ aquas tenent,
non item fontes, qui dimanant.
Profusis liberaliter gratiis, cæsis hostibus,
Illustrissimas in certamen Domos evocavit.
Postquam satis hastatus ad annulum decurrisset Miles,
MAŁACHOVIAM FASCIAM connubiali arrhabone sociat.
Hac Sphærâ & merita, & titulos collegit.
Implicavit enim ejusmodi Fasciæ non fasces tantùm,
sed & orbem,
vel in IOANNE & STANISLAO MAŁACHOVIIS.
Illo Principe Præsule Duce, hoc Palatino,
Vtroq; Poloniæ Statore.
Priorum, revocâsti gloriam,
Si Pocillatorem Vielunensem commemores MAŁACHOVIVM.
Qui dum IOSEPHO CATHARINAM desponderet,
dixisses Iovi maritari Iunonem.
Huc Illustria GRABKOWSCIORVM Sidera,
Gemmeus LVBOMIRSCIORVM SRZENIAWA,
Maxima DROIOWSCIORVM Flumina
influxere;
ut invectis virtutū cimeliis, NIELEPCIAM CRVCEM distinxisset.
Auxerunt ZDANOWSCIORVM Decora Nominis Magnitudinē
cùm meritis merita, ceu aurum auro addidissent.
Aureus PANIATOWCIORVM Amnîs
non meliùs Cæsaris fortunam veheret,
quàm Nomen NIELEPCIVM.

Solida

Solida SEDZIMIRORVM AXIS
provectam PRVSI gloriam vel ipsis polis terminavit.
Pernix PNIEWSCIORVM ACCIPITER
cùm totam transvolaret Lechiam;
nullibi suis NIELEPCIOS pennis circumscripsit.
Plusquam Erithreus PZYŁĘCCIANI SRZENIAWÆ unio
apretiavit accessione sua, tanta Nomina.
Illuxit ejusmodi Splendoribus KOMOROWSCIORVM LVNA.
MĘCZYNIORVM ROSÆ
nectuntur in serta.
Laureatus DAMBSCIORVM GODZIEMBA,
maximè palmaris honoribus PRVSI.
Majorem laudis quæris adoream?
Conjice flexum CZERNIORVM PEDEM,
quo hac in Domo hospitantur.
Dubium est: NIELEPCIOS hoc GENV adoret,
an vota Deo ferat?
quòd CRVCI, id est NIELEPCIANÆ pietati jungeretur?
AVREM insuper infra poplitem exporrigunt;
ut meliùs attendant ad gloriam PRVSI.
Nullibi non Hectores, ENSES Domi suæ figunt;
ut habeant Arma, quæ in NIELEPCIANIS appendant
Monumentis.
Intulere huc Senatorios fasces, si honorem;
Virtutum ideas, si pietatem;
STEPHANI, AVGVSTI, ALEXANDRI Regum amores,
si æstimationem spectaveris.
Omnium iconem in unico cerne,
Illustri & Magnifico Domino,
D. STANISLAO CZERNY,
Capitaneo Parnaviensi, &c.
Viro de Regibus; Patria meritissimo,
IOSEPHI Præstite Pientissimo.
Intimus olim NIELEPCIO CZERNY,
jam NIELEPCIVS intra CZERNIVM est.
Meruit piissimus IOSEPHVS STANISLAI præcordiis tumulari,
ne scilicet non viveret unquam.
Ita, habet ejusmodi Nomen suos Piotrovinos;
quos è busto vel excitat vel immortales efficiat.

Huc Colligatos junge SZEMBECIOS famæ!
NIELEPCIA Decora sunt, SZEMBECIVM Decus.
Omnes gloriæ expressisti titulos adjecto hoc Nomine.
Quid enim suæ non adornabunt ROSÆ?
quæ purpuris; æquè ac purpurisso Illustres,
Solæ in Regno erubescere non poterunt coram sole.
Quantum gloriæ Illustrissima ejusmodi Domus,
in PRVSORVM transtulerit limina? liquet.
Non enim hinc ipsa merita,
etiam titulorum celsitudo in NIELEPCIOS transfunditur.
Nempe habent primas Mitras
in Principibus SZEMBECIIS,
in Præsulibus Infulas,
in Castellanis Senatorias curules,
in Procancellariis Regni Signatorias Ceras,
in Dapiferis publica Ministeria,
in Referendariis fortunæ privilegia,
in Singulis omnia.
Tu proximè ad Domûs Decores accedis,
Illustris & Magnifice Domine,
D. ANTONI à Słupow SZEMBEK,
Tribune Oswiecimensis, Vicepalatine Cracoviensis,
JOSEPHI cor, & dimidium animæ.
Vivit in Te Superstite.
Adhuc mereri videtur in meritissimo.
In extrema agoniæ lucta,
& affectu Tecum certâsse, & muneribus putabatur.
Tunc enim à Te avulsus est in Cælum,
cùm Magnus ad generalia Comitia ordinandus eras
Delegatus.
Partiti estis privata publicaq; commoda,
Ille animæ, Tu Patriæ salvandæ.
Vtinam adijciant annos ANTONIO Superi!
quos detraxere IOSEPHO.
Addis & Tu ROSAS in coronamentum Trophæi,
Illustris & Magnifice Domine,
D. PETRE à Słupow SZEMBEK,
Burgrabie Cracoviensis, &c.

Insignis

Insignis PRVSI Insigne Avito Stemmate, & Tuo;
septam ROSIS CRVCEM sub rosa non teneat Orbis.
Fronduerit olim in virentes palmas;
jam gloriæ fæcundior futura excrevit in ROSAS.
Junge TARNOVIOS SZEMBECIJS penna;
& multum adjecisti NIELEPCIIS ad omnia.
Qui in Majore DEMBINSCIORUM,
nec minore GROTHORUM URSA,
vel ipso colligato Cælo gloriantur.
sociârunt RUPNIEWSCIORUM DRUZYNAM,
PRZYJĘMSCIOS, LESZCZYNIOS,
PRUSZYNSCIOS, PINIAZSCIOS,
ad gloriæ pretium adscivere.
Sequimini præeuntes omnibus.,
Pijssimi Testatoris ultimarum Tabularum
Faventissimi Protectores.,
Excellentissime & Magnifice Domine.,
FRANCISCE WIELOPOLSKI,
Comes in Zywiec & Pieskowa Skała,
CAPITANEE CRACOVIENSIS,
Minoris Poloniæ GENERALIS:
si merita Domûs Tuæ spectanda,
facilè Princeps.
Patere Gentilitium SONIPEDEM ad PRVSUM deflectere.
Habebit hîc ad quam decurrat Columnam;
si ad protegendam CRVCEM excurrerit.
Non est suprema honoris meta hæc;
est tamen non postremus gloriæ locus;
si azylum erexeris, ubi corruit PRVSVS.
Illustris & Magnifice Domine,
ANDREA à Zydowo ZYDOWSKI,
Vexillifer & Vicecapitanee Cracov:
Judex Tu causarum es, & Patronus;
ideo ambulatoria Testatoris voluntas,
ad Tuam lubens recurrit sententiam.
Amat NIELEPCIA CRVX à Tuo pendere arbitrio,
è cujus Capite nasci diceretur Themis,

si na-

si nasci posset.
Fave mortui rebus, qui vivum fovebas in pectore.
Claudis agmen Præstitum Primus,
Perillustris Clarissime & Admodum Reverende Domine,
M. SAMVEL IOANNES PODGORSK[I]
Philosophiæ Doctor, Collega Major,
Tyliciane Professor, Facultatis Philosophicæ Prim[a]rie Regens, in Ecclesia Sanctæ ANNÆ Cracov[iæ]
CANONICE, CURATE in Osiek, Sacra Authoritate Apostolica Publice NOTARIE,
S. R. M. SECRETARIE.
Vir de Ecclesia, literis, meritissime.
Responde Pijssimi JOSEPHI intento,
qui Tuæ olim paruit voluntati.
Iterum Tuo vult sapere ingenio & regimine.
Se Tibi in vita, totum commiserat;
post mortem, omnia commisit sua;
ne frustra CRVCI adfuisses IOANNES.
Noverat Tuum affectum, candorem CZERNI[I].
itaq; utrumq; vendicat ab Vtroq;.
Magnus Doctor es; Capitaneus integer, Capu[t];
consuletis immortalitati NIELEPCIÆ, immortales ingenio.
Patuere Ei olim vestra pectora;
amplius petit altâ reponi mente.
Sentiet enim leviorem terram sub marmore,
quod mæstis attollitis suspirijs.
Insuper implorate æternitatem JOSEPHO,
sera fata in tempore victuri.
Nam eos annos libens Vobis cederet,
quos vixisse meruerat.
Refundite pias, pro voto preces:
secula Vobis precatus?
Vovete:
vivat DEO in æternum.

NAŁĘCZ HERBOWNA,
IEY MOSCI PANI
KATARZYNY
z Máłáchowic
NIELEPCOWEY,
Łzy z oczu ociera.

I.

ANi żáłobne łzom twym átrámenty
Wyſtárczą, áni oſtre dyámenty,
Serdeczne twárdym ná mármurze çále
Wypisáć mogą áfekty i żale,
Cna Heroino. widzę maſz żal ſrogi,
Zeć ſię wywinał KRZYZ z NAŁĘCZY drogi.

II.

Płyną łzy słone z zálaney zrzenice.
Toną iągody, y rożowe lice,
Sciśnione ſerce sferą twey NAŁĘCZY,
Od żalu wſzytko bez KRZYZA ſię dręczy.

III.

Są dokumentem oczy náſze, uſzy,
Ják ciężko wzdychaſz bez JOZEFA duſzy!
Ná dożywotnim iákoby Kándorze
Nie dosyć było NAŁĘCZY w kolorze
Snieżyſtym ? ieſzcze blechuieſz ią łzámi;
Ktore gęſtymi toczyſz potokámi.

IV.

Otrzyi powieki brodzące w tey toni.
Ktoż ſtoiącego w Niebá mecię zgoni ?
Już Znák zwycięski Herbownego KRZYZA.
Do ſámego ſię Empireum zbliża :

V.

Arymátyiski JOZEF z ſwey ochoty
Zdyimował Páná ná gorze Golgoty
Z KRZYZA. tu JOZEF ſam od KRZYZA bieży
W gorę wiecznosci, kiedy w grobie leży.

VI.

VI.

Nie ze wſzytkim mu zazdroſna fortuná,
Gdy go śmiertelna ogárnęłá truná.
Przeniosł ſię w tryon gornego Syonu
Od KRZYZOWEGO Pan Dziedziczny Tronu.

VII.

A coś wskoráłá nie uważna Kloto?
Wziawſzy coś więcey Oyczyżnie nád złoto.
Zoſtáłá ſtymá przy KRZYZA Kleynocie:
Dáć tu dánk muſiſz zásługom i cnoćie.

VIII.

Ten ſię ſentyment w moiey głowie rosci;
Ze śmierć u PRUSA z konfuzyą gosci.
Ják prędko PRUSA do niebá zábráłá,
Sámá pod KRZYZEM ná koſzu zoſtáłá.

IX.

Prawdá że PRUSA położyłá trupem,
Nie ſtał ſię iednák Libitynie łupem,
Bo mu Trofeum, wyſtáwiły fátá,
Pień z KRZYZA czyniąc w wiekopomne látá.

X.

Tu záwiesiłá śmierć wſzelkie oręźá,
Ktore zdobiły odważnego Męźá,
Kopiie, ſtrzáły, kołczány, i groty,
Ktore przed światem PRUSOWI záloty
Dáwáły. śilną tu złożone ręka,
Ze fátom w KRZYZU zdáia ſię być męka.

XI.

Niewiem kto wskorał więcey, Libityná,
Czy PRUS? ktorego wieczney Mnemozyná
W ydárſzy świátu, pámięci podáłá;
Gdy Imię, dźiełá ná KRZYZU ſpiſáłá.

XII.

Tákie ieſt bárdziey w moiey głowie zdánie,
Ze ſię tu krzywdá PRUSOWI nie ſtánie.
KRZYZ mu Atropos ná honor wyſtáwia;
Ták czci NIELEPCA i przed świátem wsławia.

X.

Rzekłbym w NIELEPCA, grobie iák w Kosciele,
Przy iedney trunie KRZYZOW ieſt ták wiele:
Przydáie KRZYZ śmierć, do KRZYZA PRUSOWI,
Wyſtáwia Ołtarz przeciw Ołtarzowi.

XI.

XIV.

Powiem wyráźniey, co to ieſt Herb w Domu
PRUSA ? tu koncept nie trudny nikomu.
Zważ iáka byłá NIELEPCA poſturá;
Uznaſz, że ten KRZYZ ieſt cnoty Figurá.

XV.

Z iákiego drzewá ten KRZYZ chceſzli wiedzieć?
Muſzę z rożnicą ná to odpowiedzieć.
Z pálmy zwyćięſkiey był do życia kreſu,
Teraz przyznam ſię po śmierci z Kupreſu.

XVI.

Nie dziwuię ſię, że śmierć bez obłázu
Obala Domy do iednego rázu.
Nácináć koſą śmierci kunſzt náuká,
Nie uchodzi tu ni KRZYZOWA ſztuká.

XVII.

I Kloto czyni zá zdrowie ochotę,
Gdy náſtępuie ná zdrowie, o cnotę!
Dość nie po ludzku przećię poſtąpiłá,
Choć dekret Boski ná KRZYZ śmierć ſpełniłá.

XVIII.

Umárł PRUS ludziom, Bogu ſię dziś rodzi;
W Koligácyą inſza w niebie wchodzi.
Lub nie zna ſię być Chryſtuſowi rowny,
Atoli przećię z nim KRZYZEM herbowny.

XIX.

Akt Herbownego przy skonániu PRUSA
Rzekę z przykładu ſámego Chryſtuſá.
KRZYZEM ſię ſzczyci PRUS, KRZYZEM ſię wſpiera,
Od KRZYZA Bog, PRUS KRZYZA odumiera.

XX.

Przy drogách KRZYZE ſtáwiáia wsię, włosci:
Pomniał o drodze NIELEPIEC wiecznosci.

XXI.

Náuczał Chryſtus Apoſtołow w wierze:
Kto chce iść zá mną, niech ſwoy ná ſię bierze
KRZYZ, więc i JOZEF ná trunie go dźwiga.
Z KRZYZEM Chryſtuſá ſzypko w niebo sciga.

XXII.

Szedł w niebo JOZEF przy KRZYZA ozdobie;
Przecię zostáwił páśya po sobie.

XXIII.

Ják prędko w niebo JOZEFOWA wzięto
Duszę, ták mniemam, iákby nowe święto
Nástało. pytasz co to zá zmyślenie?
Ato obchodziem KRZYZA Podwyższenie.

XXIV.

Nie mow, że ten KRZYZ iest w grobie złożony,
Ktory ná piersiách godzien być noszony.
A ieśli przyznasz pogrzeby potrzebie,
Mow: ten KRZYZ káżdy w swoim sercu grzebie.

XXV.

Upadł NIELEPIEC, lecz KRZYZ stoi w Domu,
Nie umie bowiem ustapić nikomu.
Gdyś w polu widział stoiacego siły,
Tám sáme znáczył Tátárow mogiły.

XXVI.

Kosę ná PRVSA śmierć prędko zostrzyłá,
Nie dziw; bo pod KRZYZ iák ná miod śpieszyłá.

XXVII.

Vczynił świátu ostátnia walete
NIELEPIEC, o iák żałosna gázete
Zostáwił! záczym w świętey mánierze
Ná pożegnánie do KRZYZA się bierze.

XXVIII.

Więc Przyiacielá, Mátkę, Stároscina,
Woyska tym KRYZEM żegna Burgrábina,
Zyczac: zá niego, zyście długie wieki,
Co dzień niebieskiey doznáiac opieki.
KRZYZ Wam swoy do lat przydáie, ráchuycie
Już nie dziesiatki, wieki komputuycie.

XXIX.


Co więcey powiesz Muzo szczupłey weny?
I w prochu ten KRZYZ swey nie tráći ceny.
Więc pisz PRVSOWI dánk tákiemi słowy:
Pod tym mármurem, KRZYZ dyámentowy.

XVI. 23



624044 Bibliotheca 12000d.
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06956

E. XVI. 23



624044 **Bibliotheca** 12000 zł.
P.P. Camaldulensium in Bielany



Lect. 1, Noct. *de* ...
fer. *Duæ Miss.* C. ...
com. præc. & fer.

M A J U S.

17 Sabb: Monicæ Vid. &c. Vesp. de sequ. com. Domin. & præced.

18 Domin. 5. post Pasch. Erici Reg. Mart. dupl. 9. lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp. Cap. de sequ. com. præc. item Domin. & S. ... ent. Virg.

J U N I U S.

19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com. sequ. & S. Silverij P. M.

20 vj. Æschili Ep. Mart. dupl. (*fuit 12. huius*) 9. lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com. sequ.

21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (*fuit 16. Maij*) ℣. *in hym mut.* CA. Vesp. *ut in ordinar.*

22 Domin. 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Domin. & sequ.

23 ij. *Extra Crac. Vigilia*, Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) 9. lect. & com. Vigil. *Duæ Miss.* CR. & Viol. Vesp. de sequ. *sine comm.*

J U L I U S.

6 Domin. 5. in. 5. post Pent. Octava SS. Apost. In Vesp. com. ... com. Dom. & sequ.

7 ij. *Crac.* Vena. Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. præc. *Extra Crac.* Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid. (*fuit 25. Maij.*) CA. CA. Vesp. *ut supra.*

iv. *Crac.* Mariæ Magiæ Magd. de Paz. Virg. semid. ... *25. Maij.*) ... CA. Vesp. ... Cap. ...

SS. Mart. ...